

Qui vovisset nunquam jurare, adhuc tamen hoc juramentum recte præstaret. n. 479.

### Juramentum Purgationis.

Tomo 6.

Juramento Purgationis locus non est, si ad sint indicia sufficientia ad torturam, nec persona privilegiata. fol. 286. num. 380. Est tamen locus in delictis non merentibus penam corporalem. n. 381. Item quando in gravibus delictis indicia non sunt sufficientia ad torturam. n. 381.

Reus recusans juramentum purgationis, offerens se ad probationem innocentie, est audiendus. nu. 382.

Admissus ad juramentum purgationis, non potest ab adversario exigere juramentum Calumnie. n. 383.

Prælitio juramento Reus est definitivè absolvendus, etiam quoad expensas. n. 384.

### Jurisdicchio.

Tomo 7.

Jurisdictionis Jus semper est etiam Jus Proprietatis, sed non e contra. f. 75. n. 44. Est autem præcipue & strictius sumpta: Potestas seu Jus obligandi alios per suas Leges ad Actiones, ad quas expedit Subditos esse obligatos. f. 76. n. 45.

Non derivatur à Jure & Ditione, nec legendum Jurisdicchio, sed Jurisdicchio à Jure dicendo. f. 2. n. 1.

Jurisdicchio sumitur in Jure aliquando pro ipso Jure, seu Jure necessitate. n. 2.

Tomo 5.

Defendi potest definitio Jurisdictionis latius sumpta, quod sit: Potestas de publico introducta, cum necessitate Jure dicendi, & æquitatis statuenda. f. 2. n. 3. Melius fore definitur: Potestas seu Jus in Superioritate fundatum, exercendi actum ad quem se munus Superioris extendit circa subditum, quoad illius rectam gubernationem. f. 3. n. 10.

Jurisdicchio considerata ut forma denominans Judicem, est publica de causis cognoscendi & judicandi potestas. fol. 4. nu. 12. ubi plures definitiones idem significantes referuntur.

Jurisdictionis potestas formaliter tendit ad actus, quos Minister efficere potest vi potestatis acceptæ ad regendum & gubernandum, in quo differt à Potestate Ordinis, ad quam validè exercendam non est opus potestate regendi & gubernandi sibi concessa. f. 4. n. 13. & seq. ubi exempla.

Jurisdicchio dividitur in Simplicem & Imperium. Et hoc iterum in Merum & Mixtum. f. 5. nu. 16. Dicitur men inter Jurisdictionem simplicem & Imperium, non rectè constituitur in hoc, quod Imperium in Coercitione consistat, Jurisdicchio in cognitione causarum sine coercitione. f. 5. num. 17. Errant, qui non agnoscunt Jurisdictionem Simpli-

I.

cem, contradistinctam ab Imperio, n. 19. & f. 6. n. 20. Imperium est, quod Nobili Judicis Officio exercetur. n. 23. Jurisdicchio Simplex, quæ Mercenario Judicis officio exercetur. n. 24.

Olim habens Jurisdictionem simplicem, poterat constituere Pedancum, quod hodie non est in usu. f. 7. n. 26.

Restitutio in Integrum, & Tutorum datio, ad Imperium spectant; Restitutio possessionis ex Interdictis hodie ad simplicem Jurisdictionem. f. 8. n. 25.

Hodiernis Moribus in Germania simplex Jurisdicchio sine Imperio non reperitur. f. eod. nu. 30.

Mixtum & Merum Imperium in eo differunt primò & essentialiter, quod Imperium merum in suis proprijs Actibus respiciat primatò bonum publicum, & solum per consequentiam bonum privatum. Econtra Imperium mixtum primariò bonum privatorum, & per consequentiam bonum publicum. f. 9. n. 33. Unde utriusque definitio facile constituitur: & n. 35. Referuntur Gradus Meri Imperij, & actus eo pertinentes. Deinde nu. 38. referuntur Gradus Meri Imperij.

Princeps concedens alicui omnem Jurisdictionem Civilem & Criminalem, non censetur concessisse hoc ipso ea quæ ad primum gradum Meri & Mixti Imperij spectant. f. 10. n. 39.

Jurisdicchio acquiritur, quando vel lege vel Principis placito alicui tribuitur: vel acquirendo Magistratum seu officium publicum in aliqua communitate, cui Jurisdicchio annexa est. f. eod. n. 41. Acquiritur etiam Præscriptione, adversus privatum spatio longi temporis cum titulo: adversus Principem verò sine titulo non nisi tempore immemoriali, cum titulo Centum annorum spatio. n. 42. vel secundum quosdam spatio 40. annorum. f. 11. n. 43. An tantum cumulativè, vel etiam privativè, pender ex modo possidendi. nu. 44. In Principe requiritur Scientia & Patientia. n. 54.

Jurisdicchio per abdicationem officij, tunc primum amittitur, quando abdicatio acceptatur. f. 11. n. 48.

Jurisdicchio semel jure quaesita, non potest Superiorè validè ad libitum revocari, nisi ex legitima causa. f. 11. n. 49.

Quando alicui datur in Officio Successor, debet Decessor Officio suo fungi usque ad adventum Successoris. Si Decessor ignoravit adventum Successoris, & aliquem actum exercuit, valet Actus. eod.

Quando alicui ob denegatam justitiam Jurisdicchio admittitur, non censetur (nisi ex primatò) nisi ad illum Actum adempta. Amittitur etiam per abusum, sed non nisi per Sententiam condemnatoriam. f. eod. n. 50. Et etiam per non usum ex negligentia in præjudicium tertij frequentiore. num. 51.

De Juris-

I.

De Jurisdictionis Prorogatione, vide, *Prorogatio Jurisdictionis*.

Turbatus ab alio in quasi possessione Jurisdictionis, uti potest Interdicto utili *ut possidetis*. f. 20. n. 87. Et si vi dejectus, etiam Interdicto *Vnde vi*.

Affirmans sibi competere Jurisdictionem, habet Confessoriam, negans Negatoriam Actionem. f. eod. n. 89. Quando debetur ex aliquo contractu, habet Actionem ex tali contractu descendentem. n. eod. Potest etiam pœnalijudicio tueri violatam Jurisdictionem. n. 90.

### Jurisdicchio Ordinaria, & Delegata.

Jurisdicchio Ordinaria est, quam quis ex munere suo ad hoc instituto, & suo nomine exercet. f. 21. n. 91. Dividitur in Contentiosam & Voluntariam. n. 92.

Jurisdicchio Delegata est Potestas, quæ non ex proprio munere, sed ex commissione mediata vel immediata alterius, id ex proprio munere habentis, Jurisdictionem exercere potest. eod.

Regula cognoscendi Jurisdictionem Ordinariam est, quod illa sit Ordinaria, quam constituit Lex, Consuetudo, aut Princeps, committendo negotiorum universitatem, & nullam clausulam apponendo, quæ monet accipientem, ut non auctoritate propria, sed Principis conferentis procedat. f. 22. n. 95. In dubio præsumitur data Ordinaria. eod. Unde Episcopius non potest conferre Jurisdictionem ordinariam, nisi Vicario generali, non item Vicarijs foraneis, seu Camerarijs, qui habent tantum delegatam. n. 96.

Habens Jurisdictionem Ordinariam, potest eam alteri delegare. Habens Delegatam regulariter non potest subdelegare. f. 23. n. 98.

Delegatus à Suprema Potestate potest subdelegare, nisi industria personæ electa esset. fol. 23. n. 99. Si Princeps mandavit, ut personaliter negotium exequatur, potest adhuc subdelegare de consensu Partium, nisi mandaverit fieri inquisitionem, vel provideri Ecclesijs de Prælati alijsque Ministris. n. 100. Non censetur electa industria personæ, si mandaretur provisio faciendæ certe personæ. n. 101.

Subdelegatus à Delegato Supremi Principis non potest iterum subdelegare. f. 24. n. 102.

Delegatus à non Supremo, ad universitatem causarum, potest subdelegare solum ad certam aliquam causam. f. eod. n. 103.

Delegans potest suum subditum cogere ad acceptandam delegationem, non tamen non subditum. f. 24. n. 105. Delegatus Summi Principis quamvis possit cogere subditum delegantis ad acceptandam subdelegationem, non debet tamen sine urgente causa subdelegare Superioribus in dignitate constitutis. n. 106.

Christ. Haam. Reperi.

Quas causas inferiores Magistratus delegare possunt, consuetudo est attendenda. Jure Canonico possunt omnes causas mixti & meri Imperij ad se spectantes, non item Jure Casareo, sed eas solum quæ Judicibus ordinarijs Civitatum competunt. f. 24. n. 107.

Jurisdicchio Ordinaria non vicaria, non expirat morte concedentis Principis, etiam si adhuc integræ, neque, si ex alio capite concedens amittit Jurisdictionem. f. 25. n. 108.

Jurisdicchio delegata expirat in delegato re adhuc integræ morte delegantis, aut quocunque modo amittente Jurisdictionem. Quando res desit esse integræ, non expirat. n. 109. ubi casus. Desinit res esse integræ per citationem, & hoc utroque jure. n. 110. Sufficit autem, esse egressam, etiam si non pervenerit ad citandum. n. 111.

Delegatus si subdelegavit, nec aliquid ultra actum est, res adhuc est integræ, quia subdelegatio non est actus Judicialis. Quodsi quis ex speciali commissione subdelegasset, non expiraret morte subdelegantis, quia censetur subdelegatus accipere Jurisdictionem à primo delegante. f. 26. nu. 112.

Jurisdicchio delegata ad universitatem causarum expirat morte delegantis, re integræ. Neque in hoc æquiparatur Ordinaria. f. eod. nu. 113. Per Excommunicationem aut Suspensionem delegantis, solum suspenditur quoad non capta. nu. 114. Jurisdicchio delegata per legem stabilem manet etiam re integræ. n. 115.

Ordinarius re etiam non integræ potest revocare delegationem, & etiam alteri delegare. fol. 26. n. 116.

Delegatus à Pontifice potest subdelegare non solum totam causam, sed etiam partem. Jure Civili tota causa subdeleganda est. eod.

Quando Delegatus totam causam subdelegavit, re non integræ non potest subdelegationem revocare: moriente subdelegato penitus expirat Jurisdicchio subdelegantis. f. 26. n. 117.

Delegatus cum clausula: *apell. rem.* si subdeleget, potest à subdelegato appellari, ita tamen, ut si tota causa fuit subdelegata, ad Papam, sin pars, vel cum restrictione, appellandum ad subdelegantem. f. 27. n. 118. Et neutra pars potest subdelegatum recusare, nisi probatæ causæ recusationis, & appellandum ad subdelegantem. n. 119. Si post appellationem subdelegans cogeret subdelegatum exequi sententiam, ab hoc gravamine appellandum ad Papam cum effectu devolutivo. num. 120.

Ordinarius potest solo verbo citare & obligare ad comparandum, Delegatus debet citationi inferere tenorem delegationis, aut alio modo certiorè reddere de delegatione, alioquin processus est nullus. f. 27. n. 121.

R

Delegatus,

Delegatus, si formam mandati non observavit, potest ob nullitatem processûs de novo judicare. f. 28. n. 122.

Si eadem causa duobus vel pluribus simul delegatur, nec aliud exprimitur, debent omnes simul concurrere, alioquin sententia tam interlocutoria quam definitiva est nulla, nisi essent dati ad universitatem causarum. fol. 28. n. 123. ubi exempla.

Si unus ex pluribus nominatim delegatis moriatur, aut alio modo incapax fiat jurisdictionis, expirat etiam in ceteris jurisdictione, & recurrendum est ad delegantem. f. eod. n. 124. & 126.

Si unus ex pluribus non nominatim, sed sub conceptu alicujus officij seu dignitatis decedat, reliquorum jurisdictione manet suspensa, donec alius in tali dignitate succedat. n. 125.

Potest unus ex delegatis à Papa, subdelegare non solum aliquem non nominatum, sed etiam unum ex collegis, qui tunc suo & subdelegantis nomine poterit procedere re non integrâ, etiam si delegans decesserit. f. 29. n. 127.

À Subdelegatis est tantum in parte causâ, appellandum est ad primum delegantem, si in judicando concurrat immediatè delegatus. f. eod. n. 128.

Clausula adjuncta: *si omnes interesse nequeant, ut duo judicent*: extenditur etiam ad illum, qui quidem potest, sed obitinate non vult interesse. f. eod. n. 129. Et si alter vellet subdelegare, non tenetur subdelegatum admittere immediatus delegatus. n. 130.

Uno recusato, potest quidem alter, vigore clausulâ, procedere, si tamen recusatus concurreret, processus esset nullus. n. 131. De suspensionis causa, ob quam delegatus recusatur, judicare debent non recusati, habentes jus procedendi sine recusato, alioquin ad arbitros recurrendum est, si delegatus Episcopi recusatur, ad Episcopum spectat judicare. f. 30. n. 132.

Pluribus in solidum delegatis, & uno inchoante, ceteri non possunt se intromittere. f. 30. n. 133. ubi vide limitationem.

Pluribus in sententia ferenda concurrentibus, major pars obtinet, excepto uno casu, qui habetur f. eod. n. 134.

Si delegatorum vota contraria sunt paria, recurrendum est ad delegantem, cujus decisione statuitur, & interim sententia est in suspensio. f. eod. n. 30. aliter ferres habet in Judicibus Ordinarijs, ubi sententia tenet pro Reo, non pro Actore, nisi in causa favorabili. eod.

Ad delegationis valorem requiritur in delegato ætas viginti annorum, nisi quis à Principe, superato decimo octavo anno, vel partibus scientibus & contententibus delegaretur. f. 31. n. 136.

Delegatus Summi Pontificis debet vel esse in Dignitate aut Personatu constitutus, vel Canonicus Ecclesiæ Cathedralis. f. eod. n. 137. Eadem qualitates requiruntur in subdelegato, nisi tantum articulus aliquis cause delegaretur. eod. Ordinatio Conc. Trid. refertur. n. 138.

Causæ à Sede Apostolica delegatæ, examinandæ sunt in loco ubi copia peritorum haberi potest. fol. 31. n. 139.

Si Actor & Reus sunt ejusdem civitatis aut diocesis, causa non est committenda extra civitatem aut diocesim, præterquam in casibus exceptis. n. 140. Si verò sunt diversæ civitatis aut diocesis, indulgetur Actori recusatio. f. 32. n. 141.

Latâ, & Executioni mandatâ sententiâ, expirat Delegati jurisdictione. f. 32. n. 142. Si executionem alteri mandavit, qui tamen non sit merus illius minister, sed subdelegatus, tunc re adhuc integrâ potest ipse executionem reassumere, secus, si expiravit jurisdictione. eod.

Si sententia nulla est ob non servatam formam mandati, non expiravit Jurisdictione: si ex alio capite, expiravit. f. 32. n. 143.

A puncto late sententiæ conceditur annus pro sententiæ executione. f. eod. n. 144. ubi vide limitationem.

Quamvis elapso termino in litteris delegationis præfixo, causâ etiam necdum decisâ jurisdictione per se expiret, potest tamen ante lapsum consensu Partium quoad ulterius tempus prorogari. f. eod. n. 145. Si dies certus nominatus, nihil interest, quando litteræ venerint ad manus. Si indeterminate, incipit tempus currere à die litterarum acceptarum. f. 33. n. 146.

Delegatus malitiosè impeditus debet causam alteri subdelegare, qui intra terminum expediat. fol. 33. n. 147.

De Jurisdictione Arbitraria, vide, *Arbitr.*

#### Jurisdictione Ecclesiastica & Sæculari ad invicem comparatâ.

Clerici à Jurisdictione sæculari exempti sunt, ut ad eam in Causis Criminalibus trahi non possint. fol. 49. n. 223. Laicus à Clerico conveniendus est regulariter coram Judice illius. f. 50. n. 224.

Hæc exemptio immediatè quidem est inflirta à Christo, ita tamen ut suo in ceteris Vicario relicta sit potestas eam in certis casibus diminuendi. fol. 50. n. 227. & seqq. ubi fol. 51. n. 230. exempla.

Judex sæcularis ne quidem in causa quæ non est sanguinis, habet potestatem citandi & compellendi Clericum ad dicendum testimonium: quamvis ex Consuetudine Clerici rogati sponte accedere soleant, & testimonium dicant. n. 231.

Non possunt Judices sæculares vel eorum apparitores irruere in domum Clerici ad extrahendam meretricem, nec exigere à Clerico expensas capturæ. n. 232.

Judicio contra sæcularem jam capto per citationem aut litem contestationem potest continuari contra eundem postea Ecclesiasticum factum quoad multam pecuniariam. fol. 52. n. 233. In criminalibus quid juris vide: *Clericus*. Si bona hominis sæcularis ratione delicti ipso jure ad fideum devolverentur, postea Judex sæcularis circa illa procedere, non obstante mutatione status. num. 234.

Etiam

Etiam in causis civilibus Clericus gaudet hoc privilegio exemptionis, nisi fuerit à Canonibus ademptum. f. 52. num. 235. ubi vide ademptionis exempla.

Mortuo Laico, cum quo judicium est ceptum coram Judice Laico, tenetur probabiliter ejus hæres Clericus se coram eodem defendere. f. 53. n. 237 & seqq. Pari modo videtur Clericus venditor debere defendere emptorem Laicum apud Judicem Laicum, ubi evictio intentata est. n. 240. & seqq.

Si Clericorum animalia damnum fecerunt, non possunt Judices Laici ab illis damni reparationem exigere. f. 54. n. 244.

Non videtur posse Clerici conveniri corâ Laico ratione tutelæ aut depositi coram illo suscepti. f. 55. n. 246. Multo minus possunt conveniri coram Judice Laico, si post celebratum contractum facti sunt Clerici. n. 246.

Consuetudo Principum Laicorum, punientium Ecclesiasticos suos Ministros penâ pecuniariâ, non videtur aliter defendi posse, quàm quod à Superiore Ecclesiastico tacitè approbetur in favorem Clericorum. f. 55. n. 247. & seqq.

Actiones reales non possunt contra Clericos coram Laico institui, nisi approbatâ consuetudine receptum sit. f. 56. n. 252.

Quod Clericus possit coram Laico Judice reconveniri, evincit potissimum auctoritas DD. & consuetudo. f. 56. n. 253. Est autem faciendâ in continentibus, vel in ipso litis exordio, vel in ipsâ litis contestatione, vel saltem statim post litem contestatam. Alioquin Judex non tenetur eam admittere. Si tamen eam admittat, etiam post factam conclusionem in causa, tenetur Actor stare juri, & assistere Judicio coram Judice, quem ipse elegit. n. 259.

Non habet tamen locum Reconventio in seqq. casibus. 1. Si Reus dolo procuravit, ut Clericus ageret, ne ipse deberet agere coram Ecclesiastico. f. 58. n. 260. 2. Si reconventio tangeret causam spirituales, vel ei annexam. eod. 3. In causa criminali, in qua nec civiliter reconveniri potest. eod.

Executio sententiæ ad Judicem Ecclesiasticum spectat. n. 161.

An Judex Laicus possit judicare in causa possessionis rerum spiritualium, Jure non est satis clarè decisum, sed posse, habet consuetudo. f. 58. n. 263. & seqq.

In Quæstionibus facti, habentibus infallibilem connexionem cum re spirituali ad forum Ecclesiasticum spectante, non potest Judex Laicus judicare. f. 60. n. 271. ubi exempla.

Christ. Hamm. Repert.

Quædam personæ veniant nomine Clericorum, ut gaudeant privilegio fori, vide *Clericus*. ubi etiam, quomodo illud amittant.

Si Clericus in Minoribus constitutus, vel Novitius Religionis delinquent in statu Clericali aut Religioso, post commissum delictum impuniri adhuc recusatatum sæcularem, puniunt spectat ad Judicem Ecclesiasticum. f. 66. n. 298. & seqq.

Privilegio fori non potest Clericus privatâ auctoritate renuntiare, & nec juramento renuntiationem firmare. f. 68. n. 304. Neque in hoc potest quisquam Pontifice Summo inferior dispensare. n. 306.

Vi consuetudinis præcisè, non accedente consensu Summi Pontificis, nihil de privilegio immunitatis potest diminui. f. 69. n. 310. & seqq.

Causæ Laicorum spirituales, seu in materia spirituali consistentes, non possunt ab alio quàm Ecclesiastico Judice judicari. f. 70. n. 317.

Plura vide: *Forum*.

Sunt aliquæ causæ mixti fori, ac proinde in illis est locus præventioni. f. 71. n. 320.

De Præventione, vide, *Præventio*.

Quamvis aliquæ causæ ratione Rei Laici ipicè ad sæcularem spectarent, affectæ tamen qualitate supernaturali possunt etiam ab Ecclesiastico judicari, v. g. ratione Juramenti adjuncti. f. 71. n. 321. ubi casus & exempla.

Mixti fori est, imprimis Usura, non solum quando Usurarius est Notorius, & agitur de penâ, sed etiam in quæstione Juris, an hic vel ille contractus sit Usurarius. f. 72. n. 324. & seqq. Secundò, est Mixti fori Cognitio de observando juramento promissorio. f. 73. n. 329. Tertio, Executio Legatorum piorum non merè spiritualium. f. 74. n. 333. Quarto, Blasphemia non hæreticalis facta à Christiano. Quintò, Sodomia, etiam commissâ à Clerico, præcedente declaratione à Judice Ecclesiastico factâ, qui ipso jure privatur privilegio fori. f. 75. n. 339. Sextò, Adulterium, Si tamen innocens agat solum ad separationem thori, amissionem dotis, & alimentorum, ad solum Judicem Ecclesiasticum spectat. n. 341. Septimò, Incensus. f. 76. n. 344.

Denique plura alia, de quibus dicitur Tomo 6.

#### Jurisdictionis præsumptio, in dubio qualis sit concessa.

In dubio, qualis Jurisdictione concessa præsumatur, an Ordinaria vel Delegata, talis præsumitur, qualem subjecta materia requirit & ostendit fol. 403. n. 673. alioquin præsumitur ordinaria. n. 674.

R 2

Commissio

Commisso certo genere causarum alicui privato, præsumitur delegata Jurisdictione. n. 675.

Commisâ universitate causarum, præsumitur Jurisdictione ordinaria collata. eod.

Quando Princeps eodem tempore duobus concedit Jurisdictionem, locus est præventioni. fol. 404. n. 677.

Jurisdictione discretivè concessâ, præsumitur concessâ privativè. n. 679.

Jurisdictione concessâ tanquam privilegium, præsumitur concessâ privativè. n. 680. Item quando est concessâ ex contractu. item in favorem certarum personarum. eod.

Quando non constat, favore an odio sit data, sed tamen est data ob bonum publicum, præsumitur cumulativè concessâ. fol. 404. n. 681.

Quando Princeps causam prius uni delegatam postea delegat alteri, factâ mentione primæ delegationis præsumitur privativè delegare. n. 682.

Si Princeps non expressâ inhabilitate, dixit: *ex certa scientia*: videtur ignorasse inhabilitatem, nec in ea voluisse dispensare, nisi bonum publicum hoc exigeret. n. 684.

Personæ Industria censetur electa in collatione Jurisdictionis, quando causa delegata est admodum ardua, & quando verba commissionis alioquin torquenda essent. n. 685.

#### Jus. Justum.

##### Tomo 1.

Jus habet varias acceptiones. Hic sumitur pro Jure Proprietatis Activo, cujus terminus est Jus Passivum. fol. 71. n. 20. & quidem immediatus terminus semper est actio vel omisso actionis. 21.

Justa actio alia dicitur negativè, alia positivè. Illa est, quæ ponitur sine læsione Juris alieni. Ista verò quæ ponitur ex motivo Justitiæ, tanquam debita.

Jus Proprietatis non satis ultimè explicatur per Prælationem seu Præferibilitatem præ alijs in re aliqua usurpanda in propriam utilitatem ex peculiari connexionem quam habet cum illa re. fol. 73. n. 33. & seqq. Neque satis expedita est definitio hæc: Facultas liberè disponendi circa Rem vel Personam quoad usus vel actiones lege permissas, non impedibilis licitè ab alijs, ordinata vel ordinans suum subjectum ad propriam felicitatem seu commodum proprium. n. 37. Neque hæc. Potestas obligandi alterum per voluntatem ipsius habentis, quæ velit oppositum alicujus actionis vel omissionis esse illicitum ex motivo sui placiti.

Jus Proprietatis Activum purè tale, prout distinctu à Jure Jurisdictionis, est, Facultas naturæ rationalis, obtinendi actionem vel omissionem lege permissam, voluntate verè vel interpretativè suâ, obligando in suum proprium commodum alios, ad talem actionem præstandam vel non impediendam, seclusâ potestate gubernativâ. fol. 75. n. 43.

#### I.

Jus Passivum est actio vel omisso actionis ab eo præstanda, qui alteri ex præcisio ejus beneplacito obligatur. eod.

Jus Jurisdictionis semper est etiam Jus proprietatis, sed non contra. fol. 75. n. 44. Est autem Potestas seu Jus obligandi alios per suas leges ad actiones, ad quas expedit subditis esse obligatos. fol. 76. n. 45.

Potest actus esse validus, absque jure agendi. fol. 77. a. n. 55, ubi exemplis declaratur.

Juris Divisio est in Jus Reale seu in Re, & Personale seu ad Rem, quæ à posteriori ita declaratur. Jus reale est, quod rem ita respicit, ut ad quemcunque devenit, semper eum prosequi possim, & ideo dicitur inhære rei, & fundat actionem realem. Jus personale est, vi cujus res ipsa quidem non potest vindicari ubicunque existat, sed solum respicit personam determinatam, quæ vel ex contractu, vel quasi, ex delicto vel quasi obligata sit ad aliquid præstandum. fol. 79. n. 64.

A priori potest declarari hoc modo. Jus reale est, quod immediatè tendit ad subordinandas alteri res vel personas consideratas ut res. Jus personale est, quod immediatè solum tendit ad subordinandam nobis aliam personam in ratione personæ seu agentis. 66. ubi exempla. Hæc divisio admittit rectum membrum Juris mixti. n. 67. actiones mixtas vide, *Actio*.

Jus alterius potest ladi vel voluntariè, & dicitur theologice Injuria formalis, vel involuntariè, hoc est absque cognitione & advertentia ad jus alterius, & est materialis injuria, fundat tamen etiam quandoque obligationem satisfaciendi pro damno illato. f. 89. nu. 111.

#### Jus Gentium.

##### Tomo 4.

Dupliciter sumitur. Primævum est, quod cum ipso genere humano ortum est, ex ipso naturæ lumine omnibus insitum, ut Pietas erga parentes. Secundarium est, quod naturalis ratio per varias experientias constituit, adhibito difficultu. Quo sensu usus moneta, & Contractus emptoris dicitur esse Juris Gentium. f. 2. n. 3.

#### Justitia.

##### Tomo 1.

Justitia hic sumitur pro tribuitur quatuor speciebus: Legali, Vindicativæ, Distributivæ, Commutativæ. fol. 68. num. 2. Legalis est virtus specialis, incliuans ad procurandum bonum commune, per leges intentum, ob conjunctionem Principis cum communitate. n. 4. Vindicativa residet in Superiore. eod. Distributiva versatur circa distributionem commodorum & onerum communium. Commutativa tribuit unicuique suum, absque respectu ad merita, vel alios de communitate. n. 5.

#### Justitia

#### L.

Justitia in genere, ut abstrahens ab illis quatuor speciebus, est Virtus ad alterum, cujus Actiones ex obligatione factæ nunquam generant in altero obligationem gratiarum actionis. f. 68. n. 7. & seqq. ubi fit definitionis applicatio.

Justitia Commutativa (quæ in præsentem maxime consideratur) est Constans & Perpetua voluntas Jus suum cuique tribuendi. f. 17. n. 15. Itaque objectum illius est Jus alterius. Hoc Jus non rectè confunditur cum Debito, nu. 16. aut cum æquali. n. 18. Nec per suum contrarium, hoc est, injuriam. 19. vide plura in vocab. Jus.

Justitia respicit Medium Rei, & non præcisè Medium Rationis, sicut aliæ virtutes. f. 80. num. 70. & seqq.

Justitia commutativa non exercetur in Patrem & Filium, si formaliter & quæ tales considerentur. hoc est, secundum illas præcisè obligationes, quas natura introduxit independentè ab eorum voluntate. f. 82. n. 77. Idem cum proportione de Domino & Servo dicendum. 79.

Ex Justitia commutativa potest eidem obligationi sæpius satisfieri. Et secunda solutio promovet finem Justitiæ extensivè. f. 82. n. 81. & seqq. ubi per instantias declaratur.

Item potest satisfieri solutione anticipatâ pro debito necdum contracto, sed contrahendo. fol. 84. n. 88.

Justitia Distributiva non merè accidentaliter aut materialiter, sed essentialiter & specie differt à Commutativa. f. 85. num. 93. Æqualitas tamen Arithmetica & Geometrica non est sufficiens ratio diversificandi specie theologica. 94. quamvis plerumque illa æqualitates diversæ observentur. 98.

Quandocunque vel ex lege vel ex pacto datur in membris Communitatis Jus ad rem strictè dictum, distributio proportionalis bonorum communium non fit ex Justitia distributiva, sed Commutativa. f. 86. n. 99.

Nec ad Justitiam Distributivam, nec ad Commutativam spectat, tribuere communitati Jus ad rem, hoc est ad Officium, obligando Officiale Communitati ad bonum illud procurandum. fol. 86. n. 102.

Justitia Distributiva differt essentialiter à Commutativa per hoc, quod in distributione bonorum communium attendat & respiciat debitum minus strictum, quod quidem debitum non est Jus ad rem, fundans obligationem restituendi, sed consistit in Majorè dignitate vel Minorè membrorum communitatis, ordinando distributionem principaliter in bonum Communitatis. f. 87. num. 104. Distributio onerum & contributionum plus participat de Commutativa quàm Distributiva. 109.

Peccatum Justitiæ Distributivæ oppositum, est acceptio Personarum, & committitur quando quis

non ob merita, sed ex alijs causis tribuit uni, quod ob merita alteri deberetur. fol. 88. n. 110.

#### L.

#### Latrocinium.

##### Tomo 6.

Latrocinium strictè sumptum dicitur, quo spoliatio cum occisione conjungitur, sive ipsius spoliati, sive alterius à quo timebatur manifestatio. fol. 138. n. 356.

Latrocinij poena secundum Jus Civile est suspendium, in Imperio est poena Rotæ. n. 357. Latrocinio frequentato poena exasperatur. n. 358.

Actualis spoliatio non requiritur, sufficit argentata. n. 360. Item sufficit lucrum speratum de futuro. fol. 139. n. 362.

Eadem poena afficiendi auxiliatores, & approbatores. fol. 139. n. 361.

Attentatum latrocinium, non secuta tamen occisione nec spoliatio, non punitur morte, sed arbitrio Judicis. Spoliatio secuta, punitur poena Grassatoris. fol. 139. n. 363. Quamvis etiam poena mortis puniri possit, qui ita vulneravit, ut tantam mortuum reliquerit, saltem gladio, imò alicubi etiam rotâ. n. 365.

Ob plures causas potest Rotæ poena exasperari, quas vide, fol. 140. n. 366.

#### Laudatio & Nominatio Auctoris.

##### Tomo 5.

Qui rem possidet tanquam suam ab alio comparatam, potest laudando auctorem declinare Judicium, denuntiando illi litem motam. Qui possidet alieno nomine, dicitur auctorem *Nominare*. fol. 257. n. 397.

Auctor laudatus tenetur litem suscipere coram Juce Reî conventi, etiam si cæteris possit exceptione declinatoriâ uti. fol. 258. n. 398. Plura de his in contractu *Emptionis*.

Denuntiatio litis motæ fieri potest etiam post litem contestationem, dum salvum est jus auctoris. num. 399.

Copia libelli aliorum actorum Auctori mittenda sumptibus quidem denuntiantis, sed lite finita repetendis. n. 400.

Qui alieno nomine possidet, liti per denuntiationem penitus eximitur: qui verò suo nomine, eatenus, ut instantia quidem in venditorem mittitur, executio verò sententiæ in ipsum emptorem fieri debeat. fol. 258. n. 401.

Nominato domino, fit denuntiatio à Juce, sumptibus conventi, & interim negotio superseditur, nisi actor probare velit, conventum suo nomine possidere. n. 402.

#### R 3

#### Legatum.